VLADISLAVS

IV. Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæ Smolensciæ Cernihouiæq; Necnon Succcorum Gottorum Vandalorumq; hæreditarius R. C. X.
Significamus præsentibus literis Nris quorum interest Vniuersis & singulis. Exhibitas Nobis esse lrãs pargameneas, manibus Rendorum Ioannis Iordan Abbatis, et Thomæ Prioris cum toto Conuentu Fratrum Religiosorum Hebdouiensium Ordinis
Præmonstratensis subscriptas, sigillisq; ipsorum communitas, continentes in se Prouisionem specificatam pro victu et amictu eorundem Frum Conuentus præfati, tum et alijs in Eccleia Hebdouiensi supportandis oneribus, de bonis seu reditibus Abbatiæ suæ in perpetuum ordinatam, fa
ctam, et assignatam, sanas, saluas, et omni suspicionis nota carentes: Supplicatumq; est Nobis, vt easdem lrãs Prouisionis, sicut et ipsam Prouisionem, authoritate Nrã Regia approbare et confirmare dignaremur. Quarum quidem lrarum tenor est huiusmodi. IOANNES IORDAN
de Zakliczyn Dei gratia Abbas Monasterij Chebdensis Candidi Ordinis Præmonstraten: Diæcesis Cracouiensis, Frater Thomas Zimnicki Prior. Fr. Melchior Supprior, Fr. Ioannes a Zwolen Bielski, Fr. Gregorius Dabrowski, Fr. Ioannes Caualius, cæteriq; eiusdem Monasterij
Frẽs, ad sonum campanæ pro Capitulo congregati. Significamus præsentibus lris Nris quorum interest Vniuersis et singulis. Quod Nos fungentes officio Abbatiali, cum animaduerteremus inter cætera, quæ bonum Monrij huius regimen, disciplinaeq; Regularis obseruantiam impedirent,
illud non postremum extitisse deprehendimus, quod Religiosis Fribus huiusce Conuentus de iis quæ ad victum, vestitumq; decentem, necessaria sunt, minus sufficienter prouisum fuisset, vt propterea iidem Frẽs, de victu vestituq; solliciti, curis sæcularibus a vocatione sua distraherentur;
occasioq; contra Sctam Paupertatem committendi vitij illis offerri videretur. Nos tandem memores dispensationis nobis concreditæ, et Dño Deo in districto iudicij die, strictam seueramq; rationem reddituros, et diu et bene deliberata cum ijsdem Fribus, consensuq; oium accedente,
ne in posterum aliqua a Nobis causa sit, quominus Frẽs Monrij huius soli Deo viuere et vacare possint, et ne vllam excusationem coram Deo habeant, si (quod absit) in Scta paupertate, quam sponte professi sunt, et vouerunt, non viuant, infrascripta omnia, et prouentus
et villas, cum prædijs ac subditis, fundis et prouentibus, attinentijs et pertinentijs quibusuis, nullis prorsus exceptis, pro ipsorum laudabili prouisione damus et assignamus. Inprimis Villam Nekanowice cum Molendino in Rudnik. Et Villam Grussow, nondum finibus obductam,
quam Nos vel Succores nri sumptu suo obducere tenebuntur. Item Decimam totam in Brzesko et Hebdow. Item in Brzesko Capuones, anseres, ptisanas, ats Stody in Brzesko. Brestenses Ciues ex laneis sex laborare tenebuntur secundum consuetudinem antiquam, et laboran
Sacræ Regiæ Mtis Priuilegia. Item laneum magnum propè Rudno ad prædium Nekanowice donamus, et tabernam cum quinq; quartis agri, hortis, pomario, pratis, a nobis reemptam tenebitur de toto reddere, prout Priuilegium demonstrabit. Item Decimam de
Kowale, et Spitari. Item Stagnum magnum in Brzesko, liberasq; piscationes in omnibus lacubus et locis. Item in Brzesko Vnum Cmetonem dictum Paszek, et syluam dtam Kolecin, Braxatorium, Pistorium, molendinum in Mnissow, quorum liberum vsum vtrisque
relinquimus. In molendino præfato, liberam omnis frumenti et grani molituram, absq; exactione mensurarum Frẽs pro necessitate Monrij habebunt. Item medietatem horti penes Braxatorium siti, et lupuli medietatem, et medietatem fæni ex prato dicto Wzary. Similiter De
cimas de Spitari, post decessum D. Ioannis Iordan, præsentis Abbatis (quarum ille aduitalitatem habet) exigent. Apparamenta Ecclie Dnus Abbas prouidebit. Item in casibus fortuitis ambæ partes, inuicem se iuuare tenebuntur. Vasa etiam, et omnia necessaria
ad Officinas prædtas, nos prouidere tenebimur, succoresq; nri debebunt. Quorum quidem oium suprascrorum bonorum, Villarum, prædiorum, et quorumuis prouentuum modo commemorato, pro Monrij et Frum prouisione assignatorum et separatorum, iam exnunc, in Dei
nomine, realem et actualem possessionem ipsis damus et concedimus, ea conditione, vt ex iisdem bonis et prouentibus Fratres duodecim alantur, necessariaq; Frum prouideantur, non iam per Nos, sed per Religiosum Prem Priorem, et Prouisorem Monasterij.
Quarum tamen omnium expensarum, rationem Fribus Capitulariter quotannis reddere tenebuntur. Debebimus porrò nihilominus nos et Rndi Dni Succores pro tpre existentes, eadem bona pro Prouisione assignata et separata, vt et cætera bona Monrij, sum
ptibus suis tueri et defendere. Neq; licebit nobis vnquam, vel Succoribus Nris, cuiuscunq; conditionis et præeminentiæ fuerint, quouis prætextu vel etiam mutuo, ex iisdem bonis aliquid accipere, exceptis Contributionibus ats Pobory et Spy dictis, quæ more aliarum Villarum, a
subditis, ac Villanis pendi debent. Omnia verò necessaria Ecclæ, RCndus Dnus Abbas prouidebit. Aedificia quoq; Monrij, vt templum, locaq; Regularia, nris sumptibus restaurare, et restaurata sarta tectaq; conseruare debebimus, Rendiq; Dni Succores tenebuntur.
3.2 9bris 1626. Ne autem nos et RCndi Dni Succores nri ausu aliquo temerario, vel quouis prætextu, per se, vel per alium publicè velle directè vel indirectè quouis modo mutare, vel innouare, vel imminuere quidpiam in hac nrã præsenti ordinatione, quæ inprimis Dei gloriam, et Monrij
huius commodum spectant, audeat. Nos ad maiorem eiusdem ordinationis euidentiam robur et testimonium, lrãs præsentes manibus nris subscrãs, sigillis nris communiuimus. Actum & Datum in Monasterio nro Hebdouiensi Anno Dni Millmo Sexcentmo Vigesimo Sexto.
die secunda Mensis Nouembris. In præntia Adm. RCndi Dni Erasmi Kretkowski Officialis et Canci Cracouien: ac Gnosorum Dnorum Adami Iordan, Et Ioannis Guttiter, Et aliorum plurimorum fide dignorum. Ioannes Iordan de Zakliczyn Abbas Hebdouien. Fr. Thomas
Prior. Fr. Melchior Supprior. Fr. Ioannes Zwolen Fr. Paulus Myklusz Frater Gregorius Dabrowski. Fr. Matthias Miechouien: Sacrista. Fr. Nicolaus Scierski Circator cæteriq; frẽs. Locus Sigillor. duorum. Nos itaq; Vladislaus Rex, supplicationi prædtæ benignè annuen:
præinsertas lrãs in omnibus punctis, clausulis, Et conditionibus approbandas et confirmandas esse duximus, uti quidem (in quantum iuris est, et vsus earum habetur) approbamus et confirmamus præntibus lris Nris. Volentes easdem vim et robur debitæ firmitatis obtinere debere. Iuri
3.13 Marty 1643. bus Nris Regalibus, Reipcæ Ecctiaq; Cathcæ saluis manen: In cuius rei fidem, præsentes manu Nrã subscrãs sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ die XIII. Mensis Marty Anno Dni M DC. XLIII. Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ XI. ANNO.

Confirmatio lrarum Prouisionis Fribus Contus Hebdouien:

Vladislaus Rex

Joes Gembicki Secrius
Regni Maior.

53

In Summario Generali ~~N 15~~ 20

Confirmatio immediatè Vt supra. Exdivisionis Rmi Jordan facta à Vladislao IV Rege Poloniæ an. 1643. sub hac clausula: In quantum Juris Regij hanc Exdivisionem Confirmare erat, et inquantum talis Exdivisionis Vsui esset.

~~Litt. F.~~